



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1859

XXIV. Die von Alvensleben bekunden, daß Propst und Convent des Klosters Schöningen ihnen den Zehnten zu Solingen auf 11 Jahr überlassen haben, am 26. Mai 1313.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55003](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55003)

XXIII. Propst, Abbtissin und Convent des St. Burchard-Kloster bei Halberstadt stiften mit der Kaisermühle die Feier des Jahrestages Friedrichs von Alvensleben, am 6. Februar 1313.

Albertus, dei gratia Prepositus, Gertrudis, Abbatissa, — — totusque conuentus ecclesie S. Jacobi extra muros Halberstad. — — Cum — — nos — — quoddam molendinum iuxta ciuitatem Halberstad situm, quod Molendinum Cesaris vulgariter dicitur, — — emerimus iure proprietatis perpetuo possidendum. Nos itaque Gertrudis, Abbatissa predicta, in huiusmodi emptione dicte nostre ecclesie speciale facientes suffragium pro XIV marcis integraliter solutis redditus vnus marce comparauimus nobis a prefato molendino vel ei, que Abbatissa pro tempore fuerit, annis singulis — persoluendas — —. Preterea volumus quod anniuersarium et memoria firenni militis, Domini Frederici de Aluensleue, nostri fratris dilecti, qui ob sue anime remedium nobis in huiusmodi reddituum emptione cooperatus est, — — peragatur — —. Actum et datum Halberstad, Anno domini M. CCC. XIII., sequenti die beate Agathe virginis. —

Nach einer Abschrift aus dem Copial-Buche des Burchard-Klosters in Wolfbrück's Excerpten.

XXIV. Die von Alvensleben befunden, daß Propst und Convent des Klosters Schönninge ihnen den Zehnten zu Solinghe auf 11 Jahr überlassen haben, am 26. Mai 1313.

Nos Hinricus, Fredericus, fratres, Geuehardus filius ejusdem Hinrici et Hinricus filius jam dicti Frederici, milites, dicti de Aluensleue, tenore presentium recognoscimus publice protestando, ab honorabilibus viris domino preposito et conuentu monasterii in Scheninghe prouentus totalis decime in Solinghe excepta decima, que vulgariter dicitur Smale thegede, undecim annis eisdem prouentus ejusdem decime habendos, tollendos pro centum marcis puri et quinquaginta marcis Stendalgenis argenti emendo comparasse. Elapsis vero eisdem undecim annis ipsa decima cum prouentibus suis ad eisdem scilicet prepositum et conuentum absque contradicione vel obstaculo libera reuertetur. Vt autem hec prescripta rata et inuiolabiliter obseruentur a nobis nostrisque heredibus, promissimus et promittimus una cum fideiussoribus nostris Lodeuico de Wanfleue et Henrico dicto Schencken de Vlechtinghe in fedus firmum tenendum data fide. Si vero prefatorum fideiussorum aliquem premori contingerit medio tempore, alium loco ejusdem secundum voluntatem sepe dictorum prepositi et conuentus statuendo sistamus. Testes huius rei sunt Ericus de Esbeke, Friedericus de Nendorp, Thilo de Gropendorp, milites, Hinricus Hudere, Thilo de Nendorp, famuli, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini M^o. CCC^o. tertio decimo, VII Kal. Junii. In cuius rei testimonium nostra sigilla una cum sigillis nostrorum fideiussorum presentibus sunt appensa.

Gercken's Dipl. II, 437.